



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XI. De infantibus & languidis expositis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

TITULUS X.

De his qui filios occiderunt.

SUMMARIUM.

1. Mulier filium sponte occidens qualiter puniatur jure Canonico.
2. Et quid si infans inter dormiendum fuerit suffocatus.

HACTENUS de criminibus in Deum commissis. Deinceps proponuntur ea, quæ primario proximum tangunt, servato ordine Decalogi; & primo quidem ea quibus proximi corpus læditur, cujusmodi est Homicidium, quod eo gravius, quo pietati magis repugnans uti cædes parentum, quæ L. Pompeja de parricidiis vindicatur, de qua *D. isto tit. & liberorum, l. 1. Cod. De his qui parentes vel lib. occid.*

1. Jure Canonico mulier filium sponte occidens jubetur in Monasterio perpetuo desistere crimen. A viro tamen, quem habet, non separanda, post cujus mortem non ita nuptiis privatur, quin si evitare carnis stimulos nequeat, nubendi licentiam impetrare possit, *c. 1. h. t.* Ut videatur filii cædes ponere aliquod impedimentum impediens. * Si infans in eodem lecto cum parentibus inter dormiendum suffocatus fuerit, licet per ignorantiam, factum tamen pœnitentia triennali delendum, nisi omnino extra culpam sit, *c. fin. h. t.* Pater etiam hoc in casu contrahet irregularitatem, si procuraverit suffocationem, aut neglexerit evitare.

TITULUS XI.

De infantibus & languidis expositis.

SUMMARIUM.

1. Exponens infantem necare videtur.
 2. Expositionis pœna.
- I**N ECARE infantes & languidos, sive suos sive alienos, videtur exponens, frustra prætexta misericordiae causa, quam non habet, *Necare D. De agnosc. lib.* Maxime si dolo malo recens natus loco solitatio exponatur, qualis non ma-

lè dicitur teneri pœna Legis Corn. de sic. Azor. in Rubr. Cod. h. t. Alias extra condempnietur, *l. 1. §. pœna D. de agnosc. lib.*

Expositionis effectus est, quod filius liberetur patria potestate, servus fiat libertus, *eo h. t.* alimenta à suscipiente præstita manent ejus dominio subijci expositioni. Et hæc ita, nisi ignorantia excuset parentem dominum, qui solutis expensis, non tenetur filium vel servum repetere, *l. 1. C. de An. autem expositi censentur legitimi, si ita non irregulares, dictum est supra de presbyt.*

TITULUS XII.

De Homicidio.

SUMMARIUM.

1. Homicidium quid, & quotuplex.
2. Jure Canonico pœna homicidii est irregularitas, & quid ea sit.
3. Homicidium voluntarium quando committatur.
4. Intendens vulnerationem, scilicet non censendus homicida voluntarium?
5. Irregularitas an incurratur à voluntario?
6. An procurando abortum?
7. An eam incurrat vendens venena?
8. An vulnerans non letaliter, vulnerans vel Chirurgi incurra mortem?
9. Et quid si dubium, an vulnerans sit letalis?
10. An vulnerans letaliter, quem alium occidit?
11. Vtrum mandans alium occidit?
12. Quid si revocet mandatum.
13. An necesse, ut acceptetur mandatum?
14. Quid si mandatarius occidatur?
15. An mandans vulnerarium?
16. An mandans occidit Tertium, & mandatarius occidit Martium?
17. An consulens homicidium?
18. Mandans an sit extra irregularitatem mandatum non auerit antea?
19. Quid si consulens retraxerit?
20. An consulens minorem vindictam?
21. An consentiens homicidio?
22. Rati habitio an casus irregularitatem?